



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri
Viginti**

Della Porta, Giambattista

Frankfurt, 1607

Oleum quomodo odoratum reddatur. Cap. III.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70772)

Sume receptaculum vitreum magnum, & in eo aquam vitæ pone, vt vix tertia ipsius pars repleatur, & in eo flores lauendulæ, narantij, mali medici, iasmes, rosæ, & aliorum, inde, radicem ireos, cyperi sandalum, cinnamomum, styracem, ladanum, garyophyllos, nucem myristicam, calamum aromaticum, simul aliquid moschi, ambarg, & zibethi adde, vas expleto, & optime obturato. Sed vbi vas repleueris floribus, paulò post conflacciscunt, & postquam resederint, alia appone. Soli feruentissimo expone, vel in balneo, dum odorem remittant omnem. Post excolato aquam, & gutta huius aquæ in rosaceam, vel ex myrti floribus, omnes suavissimo odore inficiet.

Oleum quomodo odoratum reddatur. CAP. III

QUOMODO oleum ex odoratis, & aromatibus extraheretur, diximus in superioribus, nunc odorem alliciendo e rebus edocebimus, vel; vt paulò ante recepsimus, veluti basis oleum constituitur, in quo odores allecti resideant, & diutius immorentur, idq; vel oleum odoribus inficiendo, vel amygdalas, ex quibus oleum postea exprimamus. Excipe igitur

Oleum citraben dictum quomodo fiat.

Id præ ceteris odoratissimum est, quo Ligures vtuntur. Constat olei ben vncia, octaua parte ambaræ, tantundem moschi, media zibethi, condantur in phialam vitream, quam operculatâ Solibus expones viginti diebus, post vtaris. Sed operculum optime claudatur: nam quum flatilis sit odorum cõditio, & fugax, celeriter euanescit, odoris gratiam exiit, halatq; ignauiter. Alio modo

Oleum ex floribus odoratum

ita conficies, etsi vulgaris sit modus, vnguentarijs utilis, & eo ad alia vti poteris, & qui id recte administrat nouerit, & concinnè, ad multa sibi conducens oleum parabit. Remudentur amygdalæ, & in partes frangantur, alterno stratu cum floribus remisce: vbi flores odorem remiserint, & conflacciscunt, remoueto, & aduouos, recentesq; substitues, idq; donec viruerint, vbi apparet

parere defierint, oleum turculari elicies, & odoratissimum erit. Immo ex his floribus oleum habebis, ex quibus vix odoratam aquam elicies. Oleum ex iasme, rosa moschatula, viola, lilio, iacinto, garyophyllis, rosis, & floribus arantij, & aliorum odoratissimum hoc ritu habebis. Hoc eodem modo ex moscho, ambara, & zibetho elicere poterimus. Amygdala repurgata in senas, vel octonas partes à summo ad imum cultro scindantur, & pixide plumbea per sex dies cum odoribus his clauditur, donec optimè odorem recipiant, quas si prælo presseris, odoratissimum oleum exprimes, & fortasse non multa moschi deterioratione.

Quomodo ex odoratis gummis aquam, & oleum per immersionem extrahamus. CAP. IV.

POSSVMVS & alio, quam superius diximus, artificio, odoratas aquas ex gummi extrahere per macerationem, & expressionem. Exemplum

Aqua ex styrace, lasere, & ladano odoratissima

sic extrahetur, & quæ longè suauissimè vibret odorem. Cum styrace, vel lasere contulis rosaceam aquam admisces, ut duobus digitis superaret, in balneo, vel tepenti loco per hebdomadam maceretur, mox per balneum extillabis, & odoratam aquam recipies, extractam aquam soli meridiano permittit, ut si quid summi odoris in aqua remanserit, aboleatur. Poterimus & vitreis vasis gumi indere, & lentissimo igne uti: nam aqua pauculam exudabit, longè suauissimi odoris, & vasis fundo remanet gummi, quod alijs vsibus utile erit. Hoc eodem modo

Oleum è styrace, lasere, & cæteris extrahere

poterimus, si amygdalarum oleum, vel ex balano myrepfica, cum his gummis contriueris, & commiscueris, ac balneo per mensem maceraueris, post oleum per retortam, vel, quod tutius fuerit, prælo exprimatui, nam iucundissimo odore fragrabit, ut fere non dignoscatur, si ex ipso gummi extraheretur retortis. Balanus myrepfica, glans vnguentaria Latinis, hac in pretiosa